

*isti faciunt simios ap-
parere homines—.*

adorant ydola

*vide vinum extracto de
ramibus arborum
vinum hoc liberat tropicos
& tysicos.*

foramina unde fixa sunt pila restringuntur. ita quod uidetur ut naturaliter sint ibi nata. & pedes & manus & cetera membra que non bene conformia sunt membris humanis extendunt & redigunt & manualiter ad similitudinem humanam conformant. & tunc ipsos faciunt desicari. & ipsos ornant cum camphora & alijs rebus taliter quod homines uidentur fuisse. & hec est magna deceptio. quia taliter facti sunt quemadmodum audiuistis quoniam in Jndia neque in alijs partibus magis siluestribus nunquam uisi fuerunt homines tam parui ut illi uidentur. Nunc de isto regno amplius non dicemus. quoniam alia dicenda non sunt. & ideo dicemus de alio regno nomine sumatra :/

Cum disceditur a basma inuenitur regnum Sumatra quod est in hac insula supradicta. in qua dominus marcus paulo permansit mensibus quinque propter tempus contrarium quod ipsum ibi stare coegit Tramontana hic etiam non uidetur & stelle que sunt in magistro non uidentur gentes adorant ydola. Regem habent grandem & potentem & appellantur per magnum can. Et ita permansit dominus marcus .v. mensibus & in istis quinque mensibus. descendit in terram bene cum circa duo milia hominum qui in eius comitiua ^{63^v} erant & uersus insulam circum se timore gentium illarum bestialium que libenter homines capiunt & pro suo esu occidunt. fecit fodi fossata magna quorum capita supra portum maris a parte utraque finiebant. & supra fosata construi fecit de lignamine quinque pergama uel trebeschas. & sic mensibus quinque intra illas fortilitias cum gente sua permansit. & ibi multitudo lignaminis est. set tamen illi de insula mercabantur cum istis de uictualibus & alijs. nam fiebat fiducia inter eos. ibi sunt meliores pisces qui reperiantur. & non habent frumentum. set uiuunt de risis non habent uinum nisi quale uobis narabimus. nam habent quamdam maneriem arborum de quibus incidunt ramos. & truncho uas unum supponunt. quod uas in una die & nocte impletur & est optimum ad potandum quod uinum. est tante uirtutis quod liberat ytropicos & habentes tysicum & splengiam Et quando trunci illi de liquore illo amplius non emitunt arbores adaquant per conductus secundum necessarium esse uident qui conductus de fluminibus extrahuntur & dum per horam fuerint adaquate sicut prius loquorem emitunt & alique arbores sunt que de natura liquorem ipsum rubeum emitunt alique uero album habent insuper quantitatem magnam nucum de Jndia que sunt grosse|

& bone/ comedunt etiam generaliter|

& bone comedunt etiam generaliter omnes carnes bonas & malas. ^{64^r}

&ct//—

/hic naratur de regno dagroyan./